

exercitu suo in furiam versus omnes simul inmissis gladiatoribus trucidari precepit. Sic omnes illę sancte virgines, sicut eis divinitus revelatum fuerat, apud Coloniam martirio coronate ad celestis regis thalamum transmigrarunt. Attila vero perpetrato scelere spiritu Dei perterritus^a soluta obsidione Rhenum transiit ac fugaciter repatriavit; nec multo post iudicio Dei subita^b morte percussus interiit et ad inferni claustra descendit. Colonienses itaque per merita sanctarum virginum liberati portis eruperunt et eas in ipso^c, quo trucidate fuerant, loco summa cum diligentia sepelierunt et ecclesiam inibi, sicut actenus cernitur, in honore ipsarum construxerunt.

Cessante post hec persecutionis procella, cum iam sancte ecclesie pax reddita fuisset, Novientenses insulani cum ceteris pagensibus Alsacie de latibulis Vosagi, in quibus delituerant, ad proprie habitationis locum revertuntur. Sed enim cum fere omnia quę reliquerant incensa ac diruta reperissent, adiuvantibus se circumpositis vicinis suis ecclesiam reficientes aliaque edificia denuo construentes in servicio Dei inibi iugiter permanebant et circumpositas nationes verbo doctrine instruebant^d.

III. Lectiones variantes ex manuscripto antiquissimo desumptae.

Für den ganzen älteren Teil der Chronik bis einschliesslich Kapitel 29, SS. XXIII, 446 hat Grandidier seinen Text auf die Schlettstädter Hs. gestützt, sicherlich seine Ausgabe mit Hülfe der uns vorliegenden überaus sorgfältigen Kollation hergestellt. Ich kann mich daher begnügen, auf seine, in den MG. wiederholten, Anmerkungen zu verweisen, in denen die wichtigeren Abweichungen von dem älteren Drucke bei Martène verzeichnet sind, und beschränke mich auf wenige Ergänzungen:

c. III (S. 433, Z. 36): 'militaris directa' G; 'militaris' M; 'mil. reda' B (vgl. SS. XXV, 264, Z. 43).

c. IV (S. 433, Z. 44): 'Perona' MG; 'Berona' B.

c. IX (S. 436, Z. 3): 'communioque' G; 'communione' M; 'communione' B.

c. XXVIII (S. 445, Z. 23): 'quod et sine dilatione factum est' G; in B: 'est' recentiori manu adiectum fuit.

a) 'spiritum disperterritus' P. b) 'subitanea' P. c) 'ipsas in eo' P. d) Die Abschrift in B fügt nur noch wenige Worte von Kap. III hinzu und schliesst mit 'suscepisset gubernacula etc.' (SS. XXIII. 432, Z. 38).